

AB

152 826

~~Sammlung~~

100
100
100



2
Disputatio III. Institutionum

Iuris prælectiones subsecuta

DE DONATIONIBVS.

Ad quam DEO auctore,

PRÆSIDE I. V. L. DN. SE-

BASTIANO à BERGEN IN COL-

LEGIO PRIVATE DISPUTANTIVM VN-

14. decima Aprilis die, hora & loco solitis,

pro virili respondebit

MELCHIOR ALNPECK

à Lockvitz.



No 4053 *

VITAE BERGAE

Ex officina typographica Simonis Gronenbergii.

Anno vlt. temp. MDCCCXXIV.

De donationi,
bus
Thes.

I. Enunciatio.



Nter modos, quibus legitimo
et civili jure dominium si-
gillatim comparatur, juxta
methodo etiam Donationes
optimus νομοθέτης Justinianus
constituit.

II.

Donatio dicta est à dono q. donidatio, tracta
à Græco δῶρεα. Qui dicunt δῶρον ἢ δῶρεϊα.

III.

Ea, cum acutissimo Papiniano, definiatur Li-
beralitas, que nullo jure cogente, ex sola animi
benignitate conceditur.

III.

Donationes autem complures sunt. Frequentiùs
due: Alia mortis causa, alia non mortis causa,
seu inter vivos adpositè vocatur.

V.

Hac sine omni mortis suspitione propriè Mu-
nifi

misericordia dicitur, & irrevocabilis est. Illa fit, cum quis instantis periculi metu, vel mera mortalitatis aut humanae sortis cogitatione adductus, rem suam donat, ut se potius habere velit, quam donatarium, illum verò potius, quam heredem suum.

V I.

Donationem efficit consensus eorum, inter quos de ea agitur: adeò ut vel tacitus, qui ex conjectura colligitur, impedimento non sit.

V II.

Donant inter vivos generaliter omnes, qui liberam facultatem administrandi res suas habent.

V III.

De eo inquiritur, qui capitale crimen contraxit? & rescriptum est, eum ante condemnationem rectè donare.

V X.

Moribus item receptum est, ceu Ulpianus legum coryphaeus respondebat, ne inter virum &

uxorem donationes valerent, propter gravissimas rationes, quas A. Antoninus sua quoque orat. comprobavit.

X.

Huc accedat: nemini causa mortis donare quicquam, aut capere permitti, nisi qui testamenti factionem habeat.

XI.

In donationem venit res qualibet corporalis, incorporalis, dummodo in commercium cadat.

XII.

Quod si quis omnia bona cum presentia, tum futura donat, an hac donatio valebit, scio dubitatum? Invenio tamen frequentiori calculo approbatum, non valere, adversus plausibilem ejus Jurisconsulti intentionem, qui alioquin multa utiliter in jure CORRASI.

XIII.

Sustinet donationem simplex, nudaque promissio

A 3

si. o.

*sio, ut pactum, nova constitutione, ne traditione
aut stipulationis vinculo indigeat.*

XIII.

*Quin & donationes sub modo, vel conditio-
ne, vel ex certo tempore conficiuntur.*

XV.

*Et insinuationem ex rescriptione Iustiniana,
si modum legitimum quingentos solidos puta ex-
cesserint, efflagitant.*

XVI.

*Illud quoque meminisse oportebit, mortis
caussa donationes actis minime egere: neque expe-
ctare publicarum personarum presentiam: sed ita
res procedat, ut si quinque testibus presentibus, vel
in scriptis, vel sine litterarum suppositione quis
voluerit, mortis causa donationem facere: & sine
monumentorum accessione res gesta maneat fir-
mitate vallata.*

XVII.

*Inventa est donatio, ut exerceatur liberalitas,
non ut donatori quicquam acquiratur: si quis
enim lucri spe facultates suas erogaverit, negotia-
tione artificiosa utetur, cujus munera lepidissime
hamata, atque viscata dixeris.*

Doc

Res donata repeti nequit, ut $\text{\textcircled{E}}$ his verbis ja-
ctatur: τῶν ὀφθῶν δὸθέντων ἀφαιρέσεισ' οὐκ ἔσι: in tantum, ut
nec auctoritate rescripti eam rescindi oporteat.

XIX.

Deinde donator actione ex stipulatu vel condi-
tione ex Lege ad rei donatae traditionem compul-
satur: licet in solidum non damnetur, sed quatenus
facere potest, habita ratione, ne egeat.

XX.

Resolvitur donatio, quoties placiti fides non
impletur: $\text{\textcircled{E}}$ generatim ob impietatem ex causis
jure expressis: et si qua donatori post donationem
soboles divinitus contigerit.

XXI.

Quo ad donationem causa mortis, admonendi
sumus, illam demum morte insecuta, ratam illiba-
tamq; manere, et ad instar legatorum redactam esse.

XXII.

Vnde si prius natura concedat donatarius, quam
donator, vel hic convalescerit, aequè resolvetur do-
natio.

XXIII.

Deniq; resoluta justis modis donatione condi-
tione personalis, vel utilis in rem actio ad res repe-
tendas competere videtur.

CO.

CORONIS

I.

Magno errore distinctionem directi & uti-
lis domini vulgò receptam esse, ; eruditissimi
nostro seculo Jurisconsulti tradiderunt, quos se-
quimur.

II.

An ab Emphyteuta jus Emphyteuscos, sine
domini consensu alii donari possit, anxie differi-
tur; Bartolo non posse, ceteris civilis Scholæ ma-
gistris posse placuit, quod valde probamus.



152826

ULB Halle


3


002 671 182



AB: 152826







B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue



I. Institutionum

ctiones subsecuta

A T I O N I B V S .

D E O auctore,

V. L. D N. S E

E R G E N I N C O L


D I S P V T A N T I V M V N

e, hora & loco solitis,

respondebit

R A L N P E C K

kvitz.



N^o 4053 *

E R G A E

Simonis Gronenbergii.

C I O I O X X C I V .

